



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

21. S. Agnes Virgo, & Martyr

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

188 XXI. Januarii. S. Agnetis V. & M.

mus, videntibus, & invidentibus pluribus angelis, qui lucro haberent maxima pati pro suo Domino: & hoc nos possumus: nobis hoc insigne est factum beneficium, ut pro Dei honore pugnemus. Theatrum Deo, Mariæ, Angelis, & omnibus sanctis sumus. Sæpè nostri strenuos promisimus: cur in occasione torpemus timidi?

Instructio meritoria.

In occasione tribulationis, contradictionis, correctionis, aut confusionis mentem elevemus ad Dominum, & pro submissa patientiæ ac humilitatis occasione laudemus psallentes: *Laudate Dominum de Cœlis &c.* Christianorum est in Cruce magis, quam in quiete latari. Chare! non ambiamus beatitudinem, cuius finis interitus. Pati sic omne gaudium nostrum!

Festum S. Agnetis V. & Martyris Constantissimæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Filli! in Divinis, & spiritualibus recessimus obsequis? non ita. Sed recorde-

cordemur laborum Christi. Intueamur tot nobiles parvulos, qui palmam nobis præripiunt; & teneras Virginulas, quas inter & duodennis Agnes fortitudinis prodigium. Contemplemur fervorem Antiquorum Patrum, & tormenta Martyrum. Quis nostrum lanqueat amplius, tot nobis ad cœlum præcurrentibus?

Instructio meritoria.

Vt fervor crescat in cordibus omnium Christianorum, præcipuè religiosorum, Canticum, *Benedicte omnia opera &c.* oremus. O quam modicus fervide Deo servientium numerus! augeamus. Lassetur corpus, modò ardeat pectus! huic non est benè, nisi illi fuerit malè, Unum alterius deficit incremento.

II.

SAgnes puella innocentissima in mediis ignibus accenditur magis ad amandum Deum, & vulneribus gaudet se similiorem Christo, sponso Castissimo. Christiani sumus, mi dilecte! & pro Christo quid magni facimus, aut patimur? Agnetem viribus superamus,

amo-

190 XXI. Januarii. S. Agnetis V. & M.
amore, fide, constantia ò quàm inferio
res hâc virgunculâ !

Instructio meritoria.

Ter hodie accedamus supplices ad S.
Agnetem, & illius meritîs à Deo inordi-
natæ nostræ tristitiæ, indignationis, &
fractæ in bono constantiæ, præsertim
negligentiarum in exercitio amoris im-
ploremus veniam, *quinque Pater,* &
Ave cum Credo expansis brachiis reci-
tandô. Dolere de offendis, filiorum
Dei est.

III.

Fili ! si Crederemus ut S. Agnes ; i
diligeremus quod S. Agnes ; Si so-
lum Christum profiteremus vitâ & mo-
ribûs ut B. Agnes, generosius responde-
remus mundo, carni & diabolo, quod
responderat Agnes : apage ! jam pridem
desponsata sum Christo. Hinc cæcita-
mentis ! hinc nostra constans inconstan-
tia ! quid autem hoc ? juravimus fidem
Deo : & pro libitu violamus ? fideliore
Creaturis, quàm Creatori.

Instructio meritoria.

Ad sacrificium Missæ præmittamus
Rhy-



Rhytmum S. Augustini: *Noverim me!
noverim te, nec aliquid cupiam nisi te.
& cum trina Communione Spirituali
per diem instituenda. Amo te, Domi-
ne! & si parum est, amem validius:
amem purius.* S. August.

Festum S. Meinradi Einsidlen-
sis Eremicola, & Martyris prodigiosi.

Ex Ord. S. P. Benedicti.

EXHORTATIUNCULA I.

Quinquennis desertō comitis titulō
monasterium, inde solitudinem
petuit. Ut retraheret tartarus,
gravibus in virum insultibus irruit: sed
incassum. Recreatus enim Angelorum
consortiō, risit impotentis hostis cona-
tus irritos. Cum Deo agentibus quid
timendum? nihil. Latrant inferi, ut
vigilemus, & stemus in armis.

Instructio meritoria.

O Fili! diu jam distractionibus, &
vanis dissipamur cogitationibus. S.
Meinradi meritis liberari possumus. In
Patronum nostrum eligamus, & hodie
Litanis de omnibus sanctis S. Ordinis
nostrī